



**Quotidiana Christiani Militis Tessera**

**Stanyhurst, Guillaume**

**Coloniæ Agrippinæ, 1682**

17. Dies Novemb. In Deo est omnipotens misericordia, & misericors  
omnipotentia. S. Fulgentius ep. 7. c. 4.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-55659)

Novemb.

Tessera.

917

Christum Fratrem, Spiritum Sanctum Gubernatorem,  
& B. Virginem tuam Advocatam. Denique.

Fare tibi plaudes, solo si numine gaudes.

### 17. DIES NOVEMB.

In Deo est omnipotens misericordia, & misericors  
omnipotentia. *S. Fulgentius ep. 7.c.4.*

Dei beni I.  
gnitas.

**D**eus non modò in se est bonus sed in alios, imò in omnes, & omnia, quia fecit omnia valdè bona. Exundat ergò ejus benignitas plenis alveis, ita ut de ejus plenitudine accipiant universi, imò tota rerum universitas. Hæc est indoles boni, se effundere, vult enim bonitas sua bona esse omnium. Sol lucis suæ radios quaquaversum latissimè emittit. Ignis per totam sphæram suæ ditionis calorem spargit. Fons scaturiens, continuo aquas ebullit, & effundit. Deus Sol justitiae illustrat omnia radiis suæ misericordiæ. Fons aquæ virtutis est, irrigans universam faciem terræ, ex quo maxima profluunt beneficiorum flumina. O utinam hujus solis radios, hujus ignis scintillas, hujus fontis rivulos excipere, & aliquousque exprimere possumus, ut bonorum omnium largitorem diligere fatigamus: Expende hic summum illud, & omne bonum suæ nobis bonitatis præbere affectum, & effectum; ut in altero se benevolum, in altero te exhibeat beneficium. Quo autem modo? non vi adactus, non necessitate compulsus, non sua utilitate aut lucri spe adductus, multò minus adactus, non muneribus devictus, non officiis provocatus: sed gratis, merè liberè, sponte, pro bona sua voluntate, liberaliter, co-

M m m 3

piosè,

piosè, & prorsus se communicat, idque semper, u  
nom sit momentum, quo non aliquod sua benigni  
tatis nobis relinquas monumentum.

II. Afferit rotundè D. Thomas, (a) Deum creature  
communicare quidquid communicabile, & ab ena  
ptibile est, & jam singulis momentis communica  
habilitatem reperit. Vis cognoscere incredibilem  
dorem Dei effundendi in omnes sua beneficia, &  
vores? hæc de illo Chrysostomus. (b) Deus itaque  
effundere misericordiam, uti parturiens cupit emit futur  
sum. Hoc tecum quod sequitur, serio revolve animo.  
Spiritus sanctus dixit B. Angelæ de Fuligo.  
Tantus est amor meus erga animam quæ diligim  
sine malitia, ut si quæ foret, quæ me perfectè dilig  
ret, majores gratias illi conferrem, quam olim con  
lerim sanctis, de quibus in tempore præterito mol  
referuntur, quæ Deus iis præstít: nec aliud De  
exigat. Hoc penitus concordat cum iis quæ afferit  
Cæsarius. (c) Deus ubi viderit devotionem animi,  
demorem insinuabit affectum, & quantum nos addo  
rimus ad studium, tantum ille apponet ad adjutorium,  
quantum nos apposuerimus ad diligentiam, tantum quæ  
addet ad gloriam. Ideò meritò dicebat Philippus No  
rius: Si sineremus Deum, & gratiam ejus operari u  
nima nostra, quid non faceret homo in hoc mundo? Et  
illud propè convenit cum iis quæ dicit D. Albemarle.  
Non attendas quid facias, sed quid te facere oporteat, &  
quid posses facere, si te sineres duci à Deo. Nec huic abili  
mile quod asseverat S. Odo. Homo solus parum potest  
sed Deus & homo concordantes omnia possunt. O si  
cum non discors, & cum Deo concors, cum eo, ejus-

(a) Opusc. 62. 5. (b) Orat. de B. (c) Hom. 3. ad Monac.

Novemb.

Tessera.

919

que gratia omnem adhiberes operam, incomparabile esset tuæ & præmium & pretium operæ.

III. Magna est, & ea Divinæ benignitatis commendatio, quod non tantum sit erga miseros misericors, sed erga miserrimos, hoc est peccatores (*a*) patiens, & multum misericors. Hanc erga impios, & scilicet legos Dei longanimitatem, & patientiam, ita mirabatur quædam illustris matrona Hispana, ut solita fuerit dicere: Si Divinis attributis aliquid templum a se erigendum esset, se veille illud erigere, & consecrare Divinæ patientiæ. Nec mirum Deum ita esse patientem, cum tam multa ipse pro illo sit passus. Est ergo & misericorditer potens, & potenter misericors. Hanc Dei & benignitatem & patientiam in se exprimere satagebat D. Odilo, qui cum accusaretur quod esset nimis benignus erga subditos; reposuit, malle se reddere Deo rationem de misericordia, & benignitate, quam de severitate. Cum sit igitur Deo proprium, miseri, & tibi propriissimum esse miserium, cave unquam diffidas de ejus misericordia, in tuis miseriis; quia verissimum est illud S. Augustini,

*Qui de venia peccatorum desperat, negat Deum esse (b) misericordem.* Nec ideo abjicias animum quia descendit usque ad portas inferni anima tua, plus infinites potest is tibi remittere, quam tu mali committere, imò nihil est facilius quam pro commissis ei satisfacere. Audi quam facile potes illi benefacere, & sic satisfacere. Deus Pater hoc modo olim allocutus est D. Brigittam. *Quicunque Christum colligere voluerit hilari mente, satiare cum potest etiam unica*

M m m 4

panis

(a) *Psal. 144.* (b) *Man. c. 23.*

920 *Christiani Militis*

Novem  
panis, si voluntas fuerit bona, vestire eum sufficit filia,  
charitas fuerit ardens: potare eum potest stilla, si affida  
fuerit rectus. Quid minus micā, filo, stillā? Da Christū  
minima, ut accipias maxima, da cito, ne accipias tē.

*Dandi tolle moras, cito dando, munus honorat.*

### 18. DIES NOVEMBRIS.

Ipse erit bonum tuum, à quo tu in tuo genere factū  
es bonus, & Omnia in suo genere facta sunt bo-  
na. *S. Augustinus in Psal. 102.*

Dei bo- I.  
nitas.

**Q**uid hic volo agere de Dei bo-  
nitate, quæ nec potest lenti-  
nari, nec dici, nec concipi? si omnes  
spiritus qui sunt vel solum  
in Cœlo, vel deorsum in orco, omnesque in tem-  
pore animæ creaturæ, creandæ, & quæ possunt creari, &  
ea scribere vellent, si singulis atramentum efficerentur,  
ac membrana cœlum, priusquam minimamque  
partem describerent, oceanus totus exsiccaretur, &  
cœli nec unum apicem, aut iota amplius capere pos-  
sent. Si cunctæ stellæ, & imbrum guttæ, totidem  
forent linguæ, antequam aliquid de ea pro dignitate  
possent eloqui, destituerentur spiritu & obmete-  
rent: si omnes arenulæ maris, in mentes mutarentur,  
non possent particulam ejus dignè concipere, nam  
ut docte S. Gregorius Nazianzenus. (a) Ceret hoc  
Deus, quod cùm dicitur, non potest dici, cùm affone-  
tur, non potest estimari, cùm definitur, ipsa definitio  
crescit, quem omnia nesciunt, & metuendo faciunt. Non  
dissimiliter Arnobius, Deus, ut intelligatur tacendus, q-  
ui per umbrā possit illum errans investigare suffici-

(a) *Orat. 49. de Fide.* (b) *I. I. adu. Gent.*